

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Consideratio status damnatorum, quod actiones ipsorum inprimis malas, concernit

Fecht, Johann

Durlaci, 1680

Cl.

[urn:nbn:de:bsz:31-122744](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122744)

quit, ut angeli aliquando aut beati citra malitiam alicunde contractam, ablatâ naturali ad bonos actus propensione, bonum actuale, quoad speciem actus, omittant, neque studeant aliquando virtuti. III. Ostendimus quoque in antecedentibus, pœnarum atrocitatem actus quidem, ut Scholastici vocant, libidinosos, quippe qui naturâ suâ cum dolore, eoque intenso, consistere nequeunt, reprimere, sed irascibiles, ut impatientiam, invidiam, blasphemiam, & similes provocare & efficere, neque dolorum intensiorem non-interruptam, sine ullâ mitigationis spe perseverantem, cum abstinentiâ ab iracundo affectu, à livore & contumeliâ, citra concursum peculiaris gratiæ, consistere posse. Qui ex fidelium numero in præsentî seculo diras, easque concatenatâ inter se serie coherentes, calamitates perpetiuntur, ab impatientiâ sibi, nisi per gratiam, efficaciter ipsis assistentem, temperare non possunt: quomodo igitur poterunt damnati, qui majori longè cruciatu in quodvis impatientiæ genus aguntur? IV. Quantumvis etiam fieri pœnarum atrocitate possit, ut ab actibus vitiorum externis, velut à blasphemîâ oris, abstineant damnati, non tamen eadem facilitate abstinebunt ab actibus eorundem affectuum internis, velut animi tabescentis invidiâ & livore, quo fiet, ut, licet os atque lingua damnatorum à maledicendi loquacitate reprimantur, non tamen auferatur dentibus furor stridendi, oculis sese distorquendi, animo cum rabie quadam effervescenti. Quæ tamen vitia, licet oculorum aciem usumque effugiant, veritamen nominis & actualia peccata esse, nemo inficiatur. V. Denique ipsam peccatorum istorum actualium omissionem, deficientem legitimo fine, qui est, ut legi atque voluntati DEI satisfiat, cum è contra damnatus idèd omittat, quia vi pœnarum cogitur, non omissurus, si vel pœnis non subjaceret, vel ab iisdem liberaretur, peccatum actuale esse, suo loco monuimus.

CI. Argumentum decimum tertium, §. LIII. ita firmatum est, ut non facile elidi ullo impetu possit. Si quæ tamen sunt, quæ ad illustrationem ejus facere videbuntur, de iis dicemus in responsione ad argumentum decimum quartum, in contrariam à nobis sententiam adductum.

CII. Eiusdem roboris est argumentum decimum quartum, à stri-

fructore de
Gerhardi
Inf. §. 71.
rum frig
nari de
CIII. N
fermalium c
bis supra p
cetero cont
re. Quore
hanc propo
demque se
tendit e, qui
Quia tunc n
erunt. No
natus extra
si aut: ad
la: turbat
hic est, in
riores tenebr
est enim,
habitat DEU
in peccate,
vitâ est.
ti exteriores
non hic. S
DEU. M per
disimilitud
hic multi per
ut velint eun
est: super
longatio
& volunta
vio DEI, q
tur & turba
nunquam m